444
H17
H
17

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
444 H 17

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
444 H 17

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
444 H 17

Kw 444.H.17 9.

I. N. D. N. J. C.

DISPUTATIO JURIDICA *INAUGURALIS* DE POSSESSIONE NON POSSIDENTIUM

Quam

Auxiliante Deo Triuno

Ex Authoritate

MAGNIFICI DOMINI RECTORIS

DN. JOHANNIS BRAUNII

SS. Theolog. Doctor. ejuſdemque ut & Hebrææ Linguæ in Illuſtr. ac Præpot. Groning. & Omland. Ordinum Academia Profeſſoris Celeberrimi

Nec Non

Ampliſſimi Senatus Academici unanimi conſenſu & Nobiliſſ. Facultatis JURIDICÆ decreto

Pro ſummmis in utroque Jure Honoribus & Privilegiis Doctoralibus rite ac legitime conſequendis

ad diem 31. Octobr. defendendam ſuſcipit

ALBERTUS de LINE: Bremenſis

GRONINGÆ,

Typis *Johannis Lens*, Typographi & Bibliopolæ.

Anno M D CC.

KONINKLIJKE BIBLIOTHEEK

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
444 H 17

INCLUTUM

LIBERÆ AC ILLUSTRIS

SACRI ROMANI IMPERII REIPUBL. BREMENSIS

MAGISTRATUM

VIROS

Magnificos, Nobiliſſimos, Ampliſſimos, Conſultiſſimos, Graviſſimos ac Prudentiſſimos.

Dn. CONSULES
Dn. SYNDICOS
Dn. SENATORES

Patriæ Patres meritiſſimos, Senatus Proceres digniſſimos, Patronos maximos, Cognatos deſideratiſſimos & Affines Honoratiſſimos.

Hujus Inauguralis Diſputationis
Submiſſe Dedicatione
pie veneratur

ALBERTUS de LINE.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
444 H 17

I. N. D. N. J. C.

§. I.

QUanta ſit poſſeſſionis utilitas, non eſt ut cum Ulpiano loquar *l.* 1. *π. d. Reſtit. in integr.* quod commendatione indigeat, ipſa enim ſe oſtendit. Unde vulgatum illud gloſſæ, Beati poſſidentes! Nec non illud gaudeant poſſidentes! Quare hactenus hæſitanti & fluctuanti, quam pro in augurali diſputatione ſumerem materiam, hæc mihi præ aliis arriſit, utpote quæ non utiliſſima tantum, verum etiam in foro quotidianisſima & ſcitu perquam eſt neceſſaria. Hinc Gajus *l.* 24. *π. d. R. V.* Is, qui deſtinavit, inquit: rem petere animadvertere debet, an aliquo interdicto poſſit nanciſci poſſeſſionem. Quia longe commodius eſt poſſidere, & adverſarium ad onera petitoris compellere, quam alio poſſidente petere: huc quoque facit, §. 4. *Verſ. commodum. de Interdictí* Commodum autem poſſidenti, im eo eſt, quod etiamſi ejus rei non ſit, qui poſſidet, ſi modo actor non potuerit ſuam eſſe probare, remanet in ſuo loco poſſeſſio; propter quam cauſam, cum obſcura ſunt utriuſque jura, contra petitorem judicari ſolet. Unde illud proverbium apud Henricum Nicolaum Hertium.

Wer nicht kan fechten
Sich bey ſeiner poſſeſſion vel quaſi manutenieren
Der gewinnet nicht in Rechten.

Nobilem itaque hanc materiam non equidem integram, ſed juxta tituli præfixi verba, quatenus nempe poſſeſſionem non poſſidentium concernit, præmiſſis tamen non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
444 H 17

nullis generalioribus, nunc pro viribus elaborandam ſuſcipio.

§. 2.

Antequam autem rem ipſam aggrediar, prius, præeunte nobis *Ulpiano* in *l.* 1. *pr. π. d. Iuſt. & Jur.* ut & Paulo *l.* 1. *pr. π. de A. vel A. poſſeſſ.* quid verba ſignificent videamus. Dicitur autem poſſeſſio a pedibus, quaſi pedum poſitio in *l.* 1. *pr. π. d. A. vel. A. poſſeſſ* quæ lectio vulgata eſt, & ſententia Accurſii, Bartoli & aliorum, quam tamen Gothofredus, Bachovius, Vinnius, Struvius plurimique rejiciunt, & a ſedibus prout in libris florentinis legitur, poſſeſſionem derivari aſſerunt, quippe cum poſſeſſio, ſit quaſi pedium poſitio, & poſſidere idem Grammaticis, ut & JConſultis, & quaſi poſſe ſedere vel rei inſiſtere *l.* 1. §. 21. *π. d. Acquir. poſſeſſ. l.* 203. *π. d. V. S. Vid. Vinn. lib.* 2do *ſelect. Juris Q.* 36. Notandum porro poſſeſſionis nomen, non unam eandemque ſemper habere ſignificationem, ſumitur enim primo pro nuda detentione; ut; cum quis non ſuo ſed alieno nomine rem detinet, v. gr. depoſitarius *l.* 3. §. 20 *π. d. acquir. vel amitt. poſſ.* ſervus & filiusfamilias reſpectu peculii adventitii. *l.* 1. § 6. *l.* 24. *pr. ff. eod.* procuratores, tutores aliique. qui res alienas alieno nomine detinent *l.* 18. *pr. ff. de acquir. poſſeſſ. l.* 9. *π. d. R. Vind.* & hujuſmodi detentores aliquando naturaliter poſſidere dicuntur. *l.* 38. § 7. *ff. d. V O. l.* 7. §. 11. *ff. comm. divid. l.* 2. §. 1. *ff. pro hered. l.* 24. *ff. de Acquir. vel Amitt. poſſeſſ.* ſecundo ſumitur pro ea detentione, qua quis rem animo & affectione ſibi habendi vel per ſe vel per alium detinet, *l.* 3. §. 8. *l.* 25. §. 1. *ff. l.* 9. *π. A. vel A. poſſeſſ.* Ita quoque differunt poſſidere & eſſe in poſſeſſione, hoc facti, illud juris eſt, *l.* 9. & 10. *π. d. A. vel. A. poſſeſſ.* Pari ratione aliud quoque eſt eſſe in ſervitute aliud eſſe ſervum, aliud eſſe vel morari in libertate,

nam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
444 H 17

nam hoc quoque poteſt facere ſervus *l. 7. 10. 12. & 29. π. de lib. cauſ.* Interdum tamen poſſidere in poſſeſſione eſſe, ut & tenere, in jure confunduntur *§. 5. I. de Interd. l. 9. & 10. §. 1. π. d. A. & A. poſſeſſ. l. 11. §. 13. π. quod vi aut clam. l. 15. §. 3. ex quibus cauſ. major. l. 21. in fine de hered. vel. act. vendit. Struv. Exerc. 42. th. 2. §. 3.* Denique poſſeſſio ſumitur pro ipſis corporibus poſſeſſis. *l. 115. π. de V. S. l. 2. C. in quibus cauſ. colon: &c. l. 7. C. de fund. rei privat. l. un. C. de uſucap. transf. l. 78. π. d. V. S.*

§. 3.

Eſt autem jus poſſeſſionis, jus rem vere vel quaſi detinendi, dicitur autem in definitione quod ſit jus detinendi, quia poſſidere non eſt, ut ſupra monui, omnino ac ſimpliciter ſedere, ſed ſedendi vim ac poteſtatem habere, atque ita per alios, uti conductores, depoſitarios, ſervos, colonos recte poſſidere dicimur *l. 3. §. 7. & l. 6. §. ult. ff. de A. vel. A. poſseſſ.* Quoniam vero jus aliud eſt in rem, aliud ad rem, ita poſſeſſionem jus in re eſſe recte dixeris *vid. §. 1. j. d. act. & 6. eod. l. 2. π. uti poſſid. l. 2. C. de probat. §. 4. I. de Interd.* confer Excellentiſſimum & Conſultiſſimum Dn. A. A. Pagenſtecherum Profeſſorem & Præceptorem meum per ætatem Colendum. *lib. 2. Aph. 22. n. 4. lib. 4. Aph. 54. & 109.* Per rem autem in definitione intellige tam corporalem, quam incorporalem, ita tamen ut hujus ſit quaſi, illius vero vera, prout in definitione habetur, poſſeſſio. Qua ratione poſſeſſio primo ſcil. ratione objecti, dividitur in veram vel quaſi poſſeſſionem *pr. j. de Interd.* Vera eſt rerum corporalium *l. 3. pr. l. 32. §. 1. ff. d. S. P. U.* Quaſi poſſeſſio autem eſt rerum incorporalium *l. 18. §. 1. π. de petit. hered. l. 23. §. 2. π. ex quibus cauſ. major. l. 3. §. 17. π. de vi. & vi armat. l. 10. π. ſi ſervit. vindic.* hæc enim natura ſua poſſeſſionem non recipiunt, *dicta l. 32.*

 in fin.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
444 H 17

in fin. π. d. S. P. V. Hinc prætor de ſervitutibus, ut-
pote rebus incorporalibus, interdicta quaſi poſseſsoria
conſtituit, *l. ult. π. d. ſervit. l.* 3. §. *pen. π. unde vi.*

§. 4.

Dividitur ſecundo poſſeſſio in Naturalem & Civilem.
Idque vel ratione formæ, vel ratione modi: Ratione
formæ Naturalis poſſeſſio eſt, quando quis rem, non
quidem opinione Domini, ſed tamen animo ſibi haben-
di detinet *l.* 13. §. 1. *de publ: in rem act.* Eſtque hæc
vel juſta vel injuſta; juſta eſt cum quis aliquod jus in re
aliena poſſeſſa, aut ſaltem jus ad illam rem, animo ſibi
habendi, aut illud jus in re, aut hoc jus ad rem, ſed
tamen abſque animo Domini, ſibi ex voluntate traden-
tis eſſe prætendit: atque ita poſſidet Creditor *l.* 35. §. *f.*
l. 40. *pr.* & § *ult. de pign. act. l.* 2. §. 10. *π. Comm. di-*
vid. Item Commodatarius, colonus *l.* 3. §. *f.* & *l.* 4.
ff. ad exhib. l. 2. §. 1. *π. pro hered.* nec non Emphyteu-
ta, ſequeſter apud quem res litigioſa poſſeſſionis omit-
tendæ cauſæ, depoſita eſt, ſuperficiarius, & qui preca-
rio poſſidet *l.* 31. §. 1. *qui ſatiſd. cog. l.* 17. §. 1. *depoſ.*
juncta l. 39. *π. d. A. vel. A. poſſeſſ. l.* 1. §. 1. 2. *l.* 2. *ff. de*
ſuperficiebus l. 15. §. 4. *π. de precario.* Nunc adſcribam
verba Excellentiſſimi atque Clariſſimi Dn. Pagenſteche-
ri ex diſputatione de Authoritate & Præſtantia juris Ca-
nonici in appendice 2da §. 5. Etſi enim Commodatarii,
Coloni, ſimileſque, non poſſideant ſibi in totum poſ-
ſident tamen ſibi in tantum & ex parte; non quidem
animo Domini, non reſpectu Dominii, adeoque hacte-
nus non ſibi: bene tamen ſibi reſpectu uſus aliuſve juris
ſibi ipſis habendi, adeoque hactenus ſibi *v. l.* 12. & 18.
ff. de vi & vi armat. l. 13. §. 1. *de Publician. in rem act.*
l. 22. §. 1. *de noxali act. l.* 27. *de donat.* §. 13. *ſeq. j. de obli-*
gat: ex delict: hactenus dicta appendix. Injuſta eſt, cum
quis ſcienter vi aut clam rem alienam mala fide, animo
tamen

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
444 H 17

tamen ſibi habendi & pro ſuó retinendi detinet, ut fur & raptor *l.* 1. *§. f. π. uti poſſid.: l. 6. ff. d. Acquir. poſſeſſ. l. 67. pr. π. de furt.*

§. 5.

Civilis autem poſſeſſio eſt, quando quis poſſeſſionem alicujus rei ex juſta cauſa vel bona fide animo & cogitatione Domini ſibi acquiſivit *l.* 13. §. 1. *de public. in rem. act. l.* 22. §. 1. *π. d. noxal. act.* hæcque poſſeſſio per excellentiam ſæpe & abſolute poſſeſſio dicitur, ita ut reliqui quibus poſſeſſio, ad civilem uſucapionis effectum, non prodeſt hoc reſpectu aliquando non poſſidere dicantur, ſed potius eſſe in poſſeſſione *vid.* §. 4. *ỷ. fructuarius vero I. per quas perſonas cuique acquir.* §. 5. *j. de interd. l.* 6. §. 2. *π. de precar. l.* 8. *ff. commod.* Poſſidet autem hac ratione Civiliter (1) Verus Dominus *l.* 1. §. 2. *ff. uti poſſidet. l.* 2. *π. pro ſuo.* (2) bonæ fidei poſſeſſor ſcil. ille, qui illæſam rei alienæ habet conſcientiam §. 35. *j. d. R. D. l.* 136. 137. *π. d. R. J.* alias interdum quoque bona fide poſſidere dicuntur, qui non ſuo, ſed alieno nomine poſſident, ut Creditor, Commodatarius &c. *l.* 22. §. 2. *ff. de pign. act.* hi tamen non Civiliter, ſed Naturaliter poſſident, vide ſupra §. 4.

§. 6.

Ratione vero modi, Naturalis poſſeſſio eſt, quæ corpore conſtat, quando ſcil. corpore & facto aliquo poſſeſſionem apprehendimus vel ei inſiſtimus. Civilis eſt, quæ ſolo animo detinetur *l.* 1. §. 1. *l.* 3. §. 3. *&* 13. *π. d. A. vel A. poſſeſſ. l.* 10. *C. eod. l.* 1. §. 24. *de vi & vi armata.* Unde hæc animi ſeu mentalis vocatur *l.* 3. §. 8. *l.* 23. *ff. de Acquir. poſſeſſ.* illa vero corporalis *l.* 25. §. 2. *l.* 40. §. *f. de pign: act. l.* 3. §. 1. *π. de acquir. poſſeſſ.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
444 H 17

§. 7.

Hine diſsertationis hujus inſcriptionis, nempe de Poſſeſſione non Poſſidentium, facile conſtat ratio, quippe cum diverſo reſpectu, ut modo viſum, quis dicatur poſſidere & non poſſidere, ſic debitor ratione ſuæ rei oppignoraræ dicitur, poſſidere ſcil: civiliter, ſeu mentaliter, ut ita loquar, & non poſſidere ſcil: naturaliter ſeu corporaliter. Ita ratione modi. Præterea reſpectu formæ multi non poſſidentes tamen poſſident. E. gr. Commodatarius & conductor posſident animo ſibi habendi, nempe uſum: non tamen posſident, nempe animo Domini vide ſupra §. 4. *in fine*. Ergo Commodatarius & conductor ſimileſque posſident vere, posſident proprie, posſident enim animo ſibi habendi: Etſi non posſideant Civiliter & animo Domini.

§. 8.

Notandum tamen probe quoque eſt diſtinctio poſſesſionis: In Civilem & Prætoriam. Vide Excellent. & Conſultiſs. ſupra quoque Laudatum A. A. Pagenſt. *lib.* 4. *Aph.* 109. & 111. Civilis illa varios jure Civili producit effectus: ut inter alios permittit defenſionem privatam *l.* 29. *π. ad L. Aquil. l.* 49. §. 1. *eod. l.* 1. *C. unde vi*, etiam armis contra vim facientem, dicta *l.* 1. *C. unde vi*, Inducit præſumptionem pro poſseſsore etiam injuſto, niſi alius juſtiorem titulum probet *l.* 9. §. 4. *π. de publ. in rem act. l.* 128. *π. de R. J. l. ult. C. de R. V.* ita ut regulariter titulum poſſeſſionis allegare non teneatur. *l.* 11. *C. de hered. petit. l.* 73. *π. d. R. V. Carpz. p.* 2. *c.* 8. *def.* 4. Niſi ſint res, quæ ſine titulo poſſideri nequeant; uti beneficia Eccleſiaſtica. Regalia & Feuda &c. vid. Stryck: Annotat. ad Schutzium ad *pag.* 572. *in pr.* Hæc prætoria vero a Prætore ad rem interdicto aliquo vindicandam & conſequendam, aut ſaltem ad conſequendum

aut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
444 H 17

aut recuperandum aſſerendumve ſibi aut aliis uſum introducta eſt Vid. Excell. Dn. A. A. Pagenſt. *l.* 4. *Aph* 109. & 111. Ubi adde leges ſequentes, videlicet. *l.* 15. §. 4. *π. de precar. l.* 1. §. 1. *in fine* & §. 3. *π. de ſuperfic. J. l.* 19. *π. de damn. infect. l.* 2. §. 22. *π. vi bon. rapt. l.* 10. *C. de Acqr. poſſeſſ. l. ult. C. quorum bon.* & §. 3 *J. de Interd.* De hiſce igitur interdictis utpote ad inſtitutum noſtrum facientibus, nunc in ſequentibus agemus.

§. 9.

Interdicta autem unde vocentur authores varie variant ſunt qui interdicta ab interdicendo hoc eſt denuntiando & prohibendo dicta volunt: hinc omnia interdicta proprie eſſe prohibitoria non reſtitutoria nec exhibitoria §. 2. *J. de Interd.* aliis autem placuit, interdicta eſſe dicta, quod interim dicantur. *Alciat. ad Leg.* 178. §. 2. *ff. d. V. S.* Et quamvis non inconveniens videri poſſet, interdicta ab interim ita eſſe dicta, quoniam in poſſeſſorio litigatur interim, nempe uſque dum poſtea agatur in petitorio Vid. Excellent. Pagenſt. *l.* 4. *Aph.* 106. obtinuit tamen interdicta appellari: quod inter duos (ſcil. quando de poſſeſſione vera vel quaſi controverſia eſt uter in poſſeſſione eſſe debeat) dicantur. Erant autem olim certæ formæ & conceptiones verborum, quibus Prætor cum de poſſeſſione contenderetur, aliquid fieri jubebat aut prohibebat *pr. J. de Interd.* Unde patet quomodo interdicta ab Edictis differant, cum Edicta Prætoria ad obedientiam omnes omnino ſubſtringerent: at interdicta Prætoria non niſi ad duas partes de poſſeſſione litigantes pertinerent §. 1. *in fin. J. de Interd. juncta l.* 1. §. 3. *π. eod.* & §. 7. *J. de Jur. Nat.* Ut Interdicta in dicta *l.* 1. § 3 dicantur perſonalia, quia ſaltem duas perſonas concernunt, cum Edicta ſunt generalia & in genere omnes reſpiciant. Hodie vero poſtquam omnia judicia ceperunt eſſe extraordinaria, actionis & interdicti natura confuſa eſt, maxime

me

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
444 H 17

me actionum formulis & ſolennitatibus ſublatis. Hinc Interdicta hodie definiri poſſunt, quod ſint actiones quibus quis de poſſeſſione vera vel quaſi cum aliquo contendit. Horum autem Interdictorum, ſeu actionum magis quæ pro his exercentur, *pr. J. de Interd. §. f. eod.* fundamentum eſt jus poſſeſſionis veræ vel quaſi prætoriæ *l. 14. in fine π. d. Excep: rei Judic. l. 12. §, 1. π. de acquir. vel amitt. poſſeſſ. Pr. J. in fine d. Interd. l. 34. §. 4. π. d. contrah. Empt vide* pluribus Excellent. Et Clariſs. Dn. Pagenſt. hæc noviter ſcite & erudite ita docentem & demonſtrantem *l. 4. Aph. 109. & lib. 4. Aph. 48.* Quid autem vera vel quaſi poſſeſſio ſit vide ſupra §. 3. *in fine.*

§. 10.

Dividuntur autem hæc interdicta, ratione finis, aut ſi mavis reſpectu objecti (nam alias quoque aliter vide tit. tot. I. de Interd.) Quod ſint vel adipiſcendæ, vel retinendæ vel recuperandæ poſſeſſionis ſcil. corporalis. Interdicta itaque adipiſcendæ vel recuperandæ poſſeſſionis, tanquam ad propoſitum noſtrum maxime facientia principaliora nunc ordine videamus, retinendæ autem poſſeſſionis huc non pertinent.

§. 11.

Interdicta adipiſcendæ poſſeſſionis ſunt, quæ competunt iis, qui poſſeſſionem ſcil. corporalem quam nunquam habuerunt ſibi acquirere volunt. Hujus modi Interdicta famoſiora ſunt: Quorum bonorum, Quod legatorum & Interdictum ſalvianum. Interdictum Quorum bonorum, a primis Edicti Prætoris verbis ita nominatum, datur bonorum poſſeſſori, ſive prætorio heredi contra omnes, qui pro poſſeſſore vel pro herede res corporales hereditarias poſſident ad illarum poſſeſſionem reſtituendam §. 3. *J. d. Interd. l. ult. π. Quorum bonor. l. 2. & ult.*

& ult. C. eod. Eſt autem bonorum poſſeſſor, qui habet jus perſequendi retinendique patrimonii ſive rei quæ cujusque cum moritur fuit. *l.* 3. §. 2. *π. d. bon. poſſ.* Sciendum vero eſt, quod olim ſecundum leges Duodecim tabularum tantum ſuccederent liberi in poteſtate patris proxime exiſtentes & agnati excluſis cognatis & emancipatis liberis §. 9. *J. de hered. quæ ab inteſt. diff.* Verum hoc prætori iniquum fuit viſum, cum in cognatis atque emancipatis æque, ac in cæteris jura ſanguinis durent: Hinc prætor æquitate naturali motus hiſce ſcil. cognatis & emancipatis auxilio LL. XII. TAB. deſtitutis ita ſuccurrit' ut, cum videret ſe iis hereditatem dare aut heredes eos facere non poſſe, vocaret eos per Edictum ad ſucceſſionem, ita quidem ut cognatus aut filius emancipatus qui patri ſuccedere non poterant, adirent intra tempus legitimum prætorem, qui iis bonorum poſſeſſionem decernebat. Hoc facto ſi ſibi ipſis antea de poſſeſſione corporali non proſpexerint datur iis facultas propria authoritate res hereditarias, ſi hereditas adhuc ſit vacua, occupandi, ſin vero ab aliis ſit præoccupata, vigore hujus interdicti, ut decretam a Prætore poſſeſſionem tuerentur, agere poſſunt contra detentores rerum hereditariarum, ſive pro herede. ſcil. ejus de cujus hereditate agitur, ſive pro poſſeſſore poſſideant, ad corporalem earum rerum poſſeſſionem, quam nuncquam habuerunt, ſibi tradendam. Pro herede vero poſſidet, qui putat ſe heredem eſſe cum tamen revera non ſit heres. Pro poſſeſſore autem is poſſidet, qui nullo jure rem hereditariam vel etiam totam hereditatem, ſciens ad ſe non pertinere poſſidet. §. 3. *J. d. Interd.* Contra hos ergo utpote qui nullo titulo juſto poſſident hoc Interdictum competit; ſecus vero contra eos qui titulo aliquo juſto poſſident: Nam in pari cauſa melior eſt conditio poſſidentis *C. in pari de R. J. in 6to.* Imo & longe fortius habent jus, qui ex titulo aliquo poſſident, quam heres Interdicto hoc

B utens

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
444 H 17

utens, cum illi præter titulum ipſam quoque naturalem habeant poſseſsionem Frankz. *ad tit. j. d. Interd. n.* 17. Schneid. *eod. n.* 17. Quod vero limitandum, ſi titulus ſit vitioſus aut invalidus, nam hi quoque pro poſſeſſore poſsidere cenſentur *l.* 13. §. 1 *π. d. hered. petit.* Poterit tamen prætorius heres contra titulo juſto poſsidentes rei vindicatione agere, modo defunctum Dominum fuiſſe probet. Non datur etiam hoc interdictum contra debitores hereditarios *l.* 2 *π. Quor. bonor.* Hinc iiſdem actionibus prætorius heres, quibus defunctus uſurus fuiſſet, uti debet. Accurſius *in l.* 2. *π. d, bon. poſſeſſ.*

§. 12.

Notandum etiam eſt, quod licet directum hoc Interdictum tantum competat bonorum poſſeſſori ſeu prætorio heredi, utile tamen ex mente & interpretatione legis datur quoque legitimo heredi, h. e. ei, qui jure Civili Succeſſit, ſive ſuus fuerit, ſive extraneus, ſive ex teſtamento ſive ab inteſtato *l.* 1. *C. Quor. bon. l.* 23. *π. d. A. poſs. Brunn. ad d. l.* 1. *C. Quor. bon. Gail. l.* 2. *obſ.* 129. Nec minus filio vel agnato ad feudum venienti *lib.* 2. *F. tit.* 26. *Pommer. ad* §. 3. *J. de Interd.* Nec refert, quod heredi Civili detur hereditatis petitio, quoniam Interdictum hoc multo eſt favorabilius & commodius, quam illa hereditatis petitio, quippe cum hæc ſit petitorium illud vero poſſeſſorium remedium, in quo ſufficiunt probationes etiam præſumptivæ quibus actor doceat ſe eſſe heredem defuncti, & ſe bonorum poſſeſsionem agnoviſſe & res illas, quas reus poſsidet fuiſse in bonis defuncti, *Vultej. l.* 2. *Juriſpr. c.* 21. *n.* 41. Præterea exceptiones altioris indaginis in interdictis non admittuntur; ſecus ac in petitorio Judicio. Admittuntur tamen exceptiones quæ in continenti probari poſsunt, ut: ſi probetur rem de qua controverſia eſt apud defunctum tantum fuiſse depoſitam, aut ei commodatam, vel reus probet ſe ex ju-

ſto

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
444 H 17

ſto titulo poſſidere, vel ſe rem uſu cepiſse *Struv. Exerc.* 45. *th.* 18. Eadem quoque differentia eſt reſpectu poſſeſsoriæ hereditatis petitionis & Interdicti quorum bonorum, licet utrumque remedium detur bonorum poſſeſſori, eſt tamen illud petitorium, hoc vero poſſeſſorium

§. 13.

Conveniunt autem hereditatis petitio & poſſeſſorium hoc judicium potiſſimum in eo, quod utrumque ſit judicium univerſale & detur contra illos, qui vel pro herede vel pro poſſeſſore totam hereditatem vel rem hereditariam, licet feudalem poſſident, aut dolo malo deſierunt poſſidere §. 3. *J. de Interd. l.* 2. *C. Quor. bonor.* Dixi rem hereditariam, quoniam quoque datur contra ſingularum rerum poſſeſſores, nec huic obſtat quod ſupra utrumque judicium univerſale eſſe dixerim, ſi quidem hoc intelligendum non ratione ſubjecti paſſivi ſed activi, hoc eſt, non reſpectu rei, ſed respectu actoris: Nam univerſitas æſtimatur, non tam ex re petita, quam ex jure petentis. *Stryck. in annot. ad Lauterb. h. t.* Differunt vero in eo, quod Interdictum hoc ſit poſſeſſorium remedium, petitio autem hereditatis petitorium; ſive quod hoc ſit de jure Dominii, illud vero de poſſeſſione Hoc datur contra debitores hereditarios, illud non *vid. ſupra* §. 11. *&* 12.

§ 14.

Affine huic Inttrdicto eſt remedium *l. ult. C. de Edicto Div. Hadriani tolled.* Quod datur heredi Civili (Utile tamen etiam Legatario) in teſtamento ſive ſcripto, ſive nuncupativo a Notario in Scripturam redacto, ſive in Codicillis, ſive aliis privilegiatis diſpoſitionibus, ſive in totum, ſive pro parte inſtitutum, Menoch. *de Adipiſc. poſſ remed.* 4. contra illum, qui legitimo modo bona a defuncto ei relicta detinet, ad poſſeſſionem illorum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
444 H 17

ſine litis ambagibus, cauſa ſummatim cognita, modo teſtamentum viſibili vitio careat, & bona quæ petuntur defunctum poſsediſse oſtendatur, conſequendam ſi vero contrarium in continenti per exceptionem probetur, tunc hæc immiſſio impetitur. Quæ vero altioris ſunt indaginis non hoc, ſed ordinario judicio ſunt per agenda. *Schutz. comp. Lauterb. ad h. t. & ibi alleg. Carpz. l. b. R.* 19. *n.* 9.

§. 15.

Secundum adipiſcendæ poſsesſionis Interdictum eſt, Quod Legatorum, quo agit heres poſt aditam hereditatem contra legatarios, ad rerum legatarum corporalem poſſesſionem, quam propria authoritate, ſine voluntate heredis occupaverunt, reſtituendam *l.* 1. *pr. &* §. 1. *&* 2. *π. Quod Legat.* Quanquam enim hereditas non nunquam legatis ita ſolet eſse onerata, vel ære alieno gravata, ut legatariis vel propter Falcidiam, vel propter æs alienum prius ex ſolvendum, integra legata non competant, hinc datur hoc interdictum, heredibus tam civilibus, quam prætoriis qui ex teſtamento vel ab inteſtato, cum legata hodie etiam ab inteſtato relinqui poſsint *arg.* §. 10. *j. de fideic. hered. j. l.* 1. *π. de legat.* 1. ſucceſserunt, eorumque heredibus *l.* 1. §. 3. *&* 11. *π. Quod Legat. l. un. C. eod.* ad ea quæ Legatorum nomine poſsidentur conſequenda, ita tamen ut quiſquis, qui hoc interdicto agere velit ſatiſdare teneatur ad rem legatam, detracta prius falcidia reſtituendam *l.* 1. §. 16 *& ſeqq. l.* 2. *pr. π. Quod Legat.* Unde prætor, Niſi, inquit, ſatiſdatum ſit legatorum nomine, in poſſeſſionem mittam *l.* 1. §. *p. & ſ. l.* 2. §. 1. *π. Quod Legat.*

§. 16.

Competit vero hoc Interdictum contra Legatarios & eorum ſucceſsores, ſive ſint univerſales ſive ſingulares *l.* 1. §. 3. 10. *&* 13. *π. Quod Legat.* Nec non contra fidei-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
444 H 17

deicommiſſarium ſingularem *l. un. C. quod Legat. J.* §. 3. *J. de Jnterd.* Utile tamen hoc Interdictum datur etiam contra fideicommiſſarium univerſalem *arg. l.* 1. §. 2. *&* 5. *π. Quod Legat. Vide l. 56. ad Trebell.* Competit quoque contra coheredem cui aliquid præceptionis cauſa relictum eſt, ſi pro ea Scil. parte quam jure legati habet: non etiam pro ea quam quaſi heres habet *l.* 2. §. 6. *π. Quod Legat.* ut & contra eum, qui legatorum conſervandorum cauſa miſſus eſt in poſſeſſionem, modo Legatorum nomine fuerit ſatiſdatum, nec Legatarius a poſſeſſione recedere velit *d.* .. 1. §. 9. Denique competit contra eum, qui dolo deſiit poſſidere *l.* 150. *π. d. R. J. l.* 1. §. 7. *π. Quod Legat* Verum hæc ita demum procedunt ſi quis, horum modo memoratorum, poſſeſſionem rei legatæ propria authoritate ſine voluntate heredis occupaverit. Nam æquiſſimum prætori fuit viſum, unumquemque non ſibi ipſi jus dicere occupatis legatis, ſed hoc ab herede petere *l.* 1. §. 2. *π. Quod Legat.* Hinc primo ceſſat hoc Interdictum, ſi hæres poſt aditam hereditatem aut bonorum poſſeſſionem agnitam eis poſſeſſionem rei Legatæ conceſſerint, licet poſtea cum hujus pœniteat: ſecus vero eſt ſi ante aditam hereditatem id fecerit, quoniam tunc de facultatibus hereditariis & de re alieno aliiſque circumſtantiis nondum cognovit *l.* 1. §. 11. 12. 13. *π. Quod Legat.* ceſſat 2do ſi ex voluntate teſtatoris rei legatæ poſſeſſionem apprehenderint *arg. l.* 34. §. 1. *d. Legat.* 2. Ceſſat 3tio ſi Donator in donatione mortis cauſa rem ipſe præſtiterit, quoniam tunc portio legis Falcidiæ ipſo jure apud heredem remanet, *l.* 1. §. 5. *π. Quod Legat.* ſecus ergo eſt, ſi donatio mortis cauſa nuda tantum conventione facta ſit, tunc enim Interdicto huic locus eſt, ut in caſu 2do & 3tio ſi falcidia non ſit ſalva, tunc utile hoc Interdictum convenit *arg. l.* 18. *C. ad L. Falcid. l.* 29. *π. eod. Struv.* Exerc. 45. *th.* 31. *in fine.* Denique ceſſat ſi poſſeſſionem rei legatæ vi aut clam ab

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
444 H 17

ipſo herede acceperint: Quoniam tunc non hoc, ſed remedium *l. 7. C. unde vi* competit, hoc eſt tunc jure ſuo cadunt.

§. 17.

Datur autem hoc interdictum, ut ſupra quoque viſum ad corporalem rerum legato vel fideicommiſſo relictarum poſſeſſionem, quam heres nuncquam habuit, reſtituendam, vel ejus intereſſe præſtandum *l. 2. §. 2. π. Quod Legat.* Hinc ſi ejus non interſit hoc Interdictum non competit: Intereſt autem heredis, Scil. quando hæreditas legatis adeo eſt exhauſta, ut quartam ſuam falcidiam non poſſit, niſi res legatæ reſtituantur, habere ſalvam. Zaſius vero aliique Doctores Interdictum hoc quoque competere ſtatuunt, quoties propter aliam etiam cauſam heredis interſit, ne ei res auferatur, *v. gr.* Quando legatario res aliqua in genere eſt legata tunc enim legatarius non optimam ſed mediocrem petere poterit *l. 37. π. d. Legat.* confer Schneid. ad tit. inſt. de Interd. *n.* 29. Verum licet legatarius rem legatam propria authoritate ab alio, quam ab herede a ſe occupatam heredi reſtituere teneatur, nihilominus tamen jura ſua (niſi ab ipſo herede rem propria authoritate occupaverit vid: ſupra §. 16. *in fine*) ſalva manent, ſcil. quod detracta falcidia aut alio intereſſe, heredem denuo conveniri poſſit ad rem legatam ſibi reddendam *l.* 1. §. 2. *in fin. π. Quod Legat.* Nec dolo videtur egiſſe heres, quod petiverit id, quod debeat reſtituere, cum hoc propter ſuum intereſſe Fecerit, & tunc regula illa *l.* 173. *π. d. R. J.* ut & in poſſeſſoriis, non habet locum, cum ſpoliatus in his ante omnia, ſit reſtituendus *Cap.* 1. 6. 7. *& tot. tit. X. de reſtit. ſpoliat.* Ita quidem ut ne exceptio Dominii hoc impediri poſſit Schneidew. dicto loco *n.* 5. *Weſenb. ad tit. pand. Quod Legat.* §. 4.

Deni-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
444 H 17

§. 18.

Denique notandum, quod non nuncquam accidere ſoleat, quod incertum ſit, utrum quis pro Legato, an pro herede, vel pro poſſeſſore poſſideat: hinc Belliſſime Arrianus ſcribit, hereditatis petitionem inſtituendam & hoc interdictum redendum: Ut ſive quis pro herede, vel pro poſseſsore, ſive pro legato posſideat, hoc interdicto teneatur, quemadmodum ſolemus facere quoties incertum eſt, quæ potius actio teneat: nam duas dictamus proteſtati, ex altera nos velle conſequi, quod nos contigit *l. 1, §. 4. π. Quod Legat.*

§. 19.

Denique tertium nunc ſequitur adipiſcendæ poſsesſionis interdictum, quod eſt ſalvianum, a ſalvio ſive Prætore ſive Juris Conſulto ita nominatum ac inventum: Daturque ad poſsesſionem rerum oppignoratorum conſequendam. Hinc facile conſtat differentia inter actionem ſervianam & quaſi ſervianam & hoc Interdictum, ſcil. quod illa ſit remedium petitorium, hoc vero poſseſsorium ille qui agit fundat ſe in jure pignoris, & Dominio oppignorantis, unde oſtendere cogitur rem in bonis debitoris fuiſse *l. 15. §. 1. π. d. pignor. & hypoth. vid. l. 23. π. de prob.* quod probatu difficile eſt, vid. *Menoch. Rem. 3. adipiſcendæ poſſeſſionis n. 9. & 16.* hoc vero interdicto qui agit tantum probare neceſse habet, debitorem tempore oppignorationis rem posſediſse *l. 3. pr. π. d. ſalv. interd.* deinde exceptiones altioris indaginis hic non admittuntur. Quare miſsa illa actione ſerviana vel quaſi, utilius & conſultius quiſque Advocatorum hoc Interdicto, utpote quo compendiaria via pignus conſequi poteſt, aget.

Eſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
444 H 17

§. 20.

Eſt vero hoc Interdictum directum vel utile: Illud competit locatori prædii ruſtici contra colonum ejuſque heredem ad poſeſſionem rerum, quæ pro mercede expreſſe vel tacite oppignoratæ ſunt, adipiſcendam *l.* 1. *π. d. ſalv. Int.* Utile vero hoc interdictum competit omnibus creditoribus hypothecariis & contra quoſcunque poſſeſſores *l.* 1. §. 1. *π. h. t.* Ita tamen ut prius principalis debitor ſit excutiendus *arg. Nov.* 4. *c.* 2. Cœterum quod dixi utile hoc interdictum dari contra quoſcunque poſſeſſores, huic valde obſtare videtur *l.* 1. *C. de præc. & ſalv. interd.* Ubi dicitur, quod tantummodo detur contra conductorem debitoremve: Verum hoc de directo non de utili hoc interdicto intelligendum eſse, communis fere eſt Doctorum reſponſio, eaque colligi poteſt ex verbis; ibi: *vel quæ ad exemplum ei inſtituitur utilis, adverſus emptorem exercenda eſt:* modo verba illa retuleris ad ſaluianum ad quod reſpiciat illud: *ejus*, ita ut illud: *quæ:* ſpectet ad actionem quam pro interdicto hodie exerceri conſtat. Ita Excellentiſſimus & Clariſſimus Dn. Pagenſtecher *l.* 4. *Aph.* 110. *& m.* 3. *ſicil. ad pag.* 608. Quique aliter adhuc reſpondet *m.* 1. *ſicil. n.* 96. *Scil.* illum textum hoc tantum velle, quod ſalvianum non abſorbeat integrum jus in petitorio (ibi: *integrum jus*) ſed quod ſit non niſi poſſeſſorium judicium; at ſi quis velit integrum jus petitorio perſequi *conſ. l. un.* ibi: *integra proprietatis cauſa* (ſi de moment. poſſeſſ. eum debere agere actione ſerviana non hoc ſalviano.

§. 21.

Viſis remediis adipiſcendæ poſſeſſionis, ſupereſt nunc ut de recuperandis diſpiciamus, ſcil. de interdicto unde vi: Ex canone Redintegrandæ & de migrando. Interdictum

dictum

dictum unde vi (a primis Prætoris verbis ita quoque dictum) eſt, quo quis agit ad poſſeſſionem corporalem rei immobilis quam antea habuit, ſed a qua vi dejectus eſt, recuperandam. Datur hoc Interdictum cuilibet poſſeſſori ejuſque heredi & cæteris ſucceſſoribus *l.* 1. §. 44. *π. d. vi & vi armat.* ſive naturalem habuerint poſſeſſionem, veluti: ſi uſufructuarius per vim uti frui prohibiatur vel dejiciatur *l.* 1. §. 9. *l.* 3. §. 8. *j.* §. 14. 16. 17. *π. h. t.* Sive Civilem; Nam palam eſt, inquit Ulpianus: eum quoque dejectum videri: Idcirco ſi quis de agro ſuo vel de domo proceſſiſſet, nemine ſuorum relicto mox revertens, prohibitus ſit ingredi ipſum prædium vel ſi quis eum in medio itinere detinuerit & ipſe poſſederit: vi dejectus videtur. Ademiſti enim ei poſſeſſionem corporalem, quam animo retinebat, etſi non corpore *l.* 1. §. 24. *π. h. t.* Nec refert utrum quis per ſe an per alium, puta procuratorem, colonum aliumve poſſederit, quia & per hos Dominus poſſidere videtur data *l.* 1. §. 22. *π. h. t.* Idem quoque dicendum ſive quis bona ſive mala fide poſſiderit *l.* 1. §. 30. *π. eod. V. gr.* Prædo ſive ſpoliator, huic enim, ſi rurſus ab alio, ſive extraneo dicta *l.* 1. §. 30. ſive ipſo Domino aut alio bonæ fidei poſſeſſore a poſſeſſione dejiciatur: hoc interdictum competit. Verum in poſteriori hoc caſu id demum procedit, ſi ipſe Dominus aut alius bonæ fidei poſſeſſor ſpoliatorem non in continenti ſed ex intervallo a poſſeſſione dejecerit *l.* 7. *C. ad L. Juliam de vi publ.* Nam ſpoliatus ante omnia eſt reſtituendus *c.* 5. *X. de reſtit. ſpoliatorum* & non ſingulis eſt concedendi quod per Magiſtratum publice poſſit fieri, ne occaſio ſit majoris tumultus faciendi. *l.* 176. *π. d. R. J.* Si tamen prædo ſit manifeſtus & liquido conſtet de jure ejus, qui prædonem iterum dejecit de poſſeſſione, licet ex intervallo, tunc prædoni hoc interdictum non competere ſtatuitur Struv. *Exerc.* 45. *theſ.* 19. *& ibi* allegati. Idem quoque eſt ſi præ-

 do

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
444 H 17

do in continenti iterum fuerit dejectus : nam in continenti vim vi repellere & poſseſſionem etiam in armis defendere licet *l.* 3. §. 9. *l.* 17. *π. de vi & vi arm. l.* 1. *C. eod.* In Continenti autem poſſeſſionem ſuam etiam is recuperare dicitur, qui id facit intra paucos aut multos dies pro ratione perſonarum aut rei ex qua quis dejectus eſt, quod Judicis relinquitur arbitrio vid. Schneid: *ad tit. Inſt. de Interdictis n.* 26. Utiliter hoc Interdictum competit ei qui dejectus quidem non eſt, ſed cum abeſſet alius poſſeſſionem ejus fuit ingreſſus, cujus formidine non rediens deſinit poſſidere *l.* 6. §. *f. π. d. A. vel A. poſſeſſ.* Idem quoque obtinet in eo, qui a quaſi poſſeſſione alicujus juris aut juriſdictionis eſt dejectus Oldendorp: *claſſe 2da act.* 10. *n.* 6.

§. 22.

Datur hoc interdictum contra eum, qui vi armata ſeu expulſiva aliquem de poſſeſſione dejecit: ſive per ſe ſive per procuratorem id fecerit *l.* 1. §: 13. 14. *π. de vi & vi armata* Nam dejeciſſe quoque videtur, cujus juſſu mandato aut ratihabitione id factum eſt, parvi enim referre viſum eſt ſuis manibus quis dejiciat ſive per alium. Quare etſi familia mea ex voluntate mea dejecerit, ego videor dejeciſſe *l.* 1. §. 12. 14. *π. h. t. l.* 152. §. 1. & 2. *π. d. R J.* Datur & adverſus eum qui poſſeſſionem, de qua aliquem dejecerit, rurſus amiſerit licet ſine dolo aut culpa. Quia per eum ſtetit, quominus antea reſtitueret *l.* 2. *l.* 7. *π h. t.* Non tamen datur contra tertium poſſeſſorem dicta *l.* 7. Nec contra parentem patronum, ſed in factum actio, quia licet famoſum non ſit, in ſe tamen continet atrocitatem facinoris *l.* 13. *π. h. t.* ſecus vero ſi ab illis vis armata fuerit adhibita, tunc enim Interdictum hoc competit *l.* 1 §. 43. *π. h. t.* Nec datur contra heredes, ſed tantum in factum quatenus ad eos pervenit, aut dolo malo factum quo minus perveniret,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
444 H 17

ret, *l.* 1. §. *f. l.* 2. *π. h. t.* Utile hoc Interdictum quoque competit contra eum, qui antea dejectus eſt, modo ex intervallo collectis armis dejiciat eundem dejectorem *vid.* §. *præcedentem.*

§. 23.

Tendit ad id, ut reſtituatur poſſeſſio rei immobilis, una cum mobilibus quæ ibi fuerunt *l.* 1. §. 32. *l.* 19. *π. h. t.* Et non ſolum propriæ verum etiam ſi quæ apud eum fuerint depoſitæ, vel ei commodatæ, vel pignoratæ, vel quarum uſum aut uſumfructum habuerit. *l.* 1. §. 33. *l.* 14. *π. h. t.* Et quidem ita ut reſtituantur cum fructibus a tempore dejectionis perceptis, nec non ad omne damnum reſarciendum & omne intereſſe præſtandum, quod habiturus fuiſset ſi vi dejectus non eſset *l.* 1. §. 31. 34. 40. *&* 41. *l.* 6. §. *ult. π. h. t.* Ita tamen ſi actor intra annum ſcil. utilem *l.* 1. §. 39. *π. h. t. l.* 2. *C. eod.* hoc interdicto ſeu actione egerit nam poſt annum reſtituitur tantum id, quod ad dejicientem pervenit *l.* 1. *pr. π. h. t.*

§. 24.

Cœterum Ampliſſimum & in foro tutiſſimum adhuc datur recuperandæ poſseſſionis remedium, ſcil. ex Canone redintegranda c. 3. Q. 1. quod generaliter datur ei, qui de re aliqua ſive mobili ſive immobili vi depulſus eſt, aut ex alia injuſta cauſa poſseſſionem ejus amiſit, ejuſque heredi, contra quoſcunque poſſidentes ſine voluntate ſpoliati ſive bona ſive mala fide poſſideant, ad rem illam reſtituendam Innocentius & Doctores in c. Quærelam de Elect. *& c. ſæpe contingit X. de reſtit. ſpoliat.* Alexand. *in l. rem quæ nobis π. d. A. vel A. poſſeſſ. Struv. Exerc.* 45. *th.* 113. ſunt tamen qui aſserunt non dari hoc remedium contra ſingularem poſseſsorem titulo & bona fide poſſidentem & cauſam habentem non a vitioſo ſed

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
444 H 17

bonæ fidei authore *arg. l. in pari* 128. *π. d. R. J. l.* 9. §. 4. *π. de public. in rem act.* ita Barrol. in l. rem quæ nobis *n.* 2. *&* 12. *& Conſilio* 266. *n.* 15. *vol.* 2. vide in utramque partem Menoch *in tract. recup. poſſeſſ.* 15. *remed. n.* 89. Contrarium tamen ſæpiſſime eſse judicatum & in foro receptum teſtantur *Gail.* 2. *obſ.* 75. *Mynſ.* 3. *obſ.* 85. Porro locum etiam habet hoc remedium in matrimonialibus ſcil. ut conjux reſtituatur *c.* 10. *X. de reſtit. ſpol.* Notandum etiam eſt, quod qui remedio hoc agere velit probare debeat ſe anteriorem habere poſseſſionem & adverſarium non poſſidere, quia tunc re ipſa de ſpolio conſtat Menoch. tract. recup. *poſſeſſ.* 15. *remed. n.* 386. *Dec. conſ.* 252. *n.* 2. *Roſenth. C.* 48. *ſub lit. C.* & qui olim poſsedit præſumitur adhuc poſſidere C. olim *X. de reſtit. ſpol. Gail.* 2. *obſ* 75. ratio eſt quia mutatio non præſumitur *l.* 22. *π. d. prob.*

§. 25.

Denique nunc aliud ex jure Civili ſequitur recuperandæ poſseſſionis interdictum nempe de Migrando: Migrare autem dicitur inquilinus ſeu conductor, qui cum ſuis rebus a prædio Urbano vel Ruſtico quod conduxerat diſcedit & alio ſe confert Calvin. in Dict. ſuo Jurid. Quare huic Inquilino, ex ædibus ſuis conductis migrare & diſcedere volenti competit hoc interdictum, contra Dominum ædium. qui invecta & illata detinet, modo res de qua agitur locatori pignori non ſit obligata, puta quod vel merces jam ſit ſoluta, vel eo nomine ſatisfactum, aut per Locatorem ſtat quominus ſatisfiat *l.* 1. *π. d. Migrand.* Competit vero Interdictum tam de rebus alienis illatis, quam de propriis *l.* 1. §. 5. *π. h. t.* & datur tam ſucceſsoribus inquilini quam contra ſucceſsores locatoris, & eſt perpetuum *d. l.* 1. §. 6. *π. h. t.* Colono autem non competit, nam huic extraordinem, implorato ſcil. officio judicis, celerrime ſubveniri ſolet *d. l.* 1. §. 1. 2. *π. h.t.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
444 H 17

π. h. t. Brunn. ad Weſenb. h. t. q. 4. Utile tamen hoc Interdictum datur quoque ei, qui gratuitam habuit habitationem *d. l.* 1. §. 3. *π. h. t. conf. l.* 15. §. 1. *π. d. precar.*

§. 26.

Quamquam autem ſupra vidimus conductorem, colonum commodatarium, creditorem ratione pignoris, ſimileſque non poſſidere ſcil. animo Domini ſed tantum ex parte quatenus nempe illis jus aliquod vel ad rem vel in re competit, hinc commode hic quoque quæri poteſt, utrum illis interdictum aliquod retinendæ poſſeſſionis, ſi in hac poſſeſſione turbentur competat? & communis Doctorum eſt reſponſio, non quidem directum ſed utile tamen aliquod ex mente & interpretatione Legis eis competere *arg. l.* 8. §. 5. *in f. π. ſi ſerv. vind. c.* 9. *X. de prob. l.* 20. *π. d. ſerv. & DD. in l. C. Uti poſſid. Carpz. p.* 1. *conſtit.* 7. *dec.* 11. puta interdictum uti poſſidetis & Utrubi quæ ratione objecti tantum differunt, hoc datur de rebus mobilibus, illud de rebus immobilibus *l. un.* §. 1. *π. de Utrubi* §. 4. *J. de Interd.* Quare ſi locator ſine juſta cauſa (quarum tres tantum in jure præferuntur ſcil. primo ſi propter improvidam ſupervenientem cauſam re locata ipſe indigeat, 2do ſi res indigeat refectio, 3tio ſi conductor re conducta male utatur *l.* 3. *C. d. Locato conducto.*) Nondum exacto locationis tempore conductorem in poſſeſſione rei locatæ turbet aut eum a poſſeſſione expellere velit, tunc datur conductori ſi res immobilis ſit utile interdictum Uti poſſidetis contra locatorem & alium quocunque modo turbentem, ad poſſeſſionem ſuam retinendam, defendendam & conſervandam *l.* 1. *pr. &* §. 8. *π. h. t. J. l.* 5. §. 1. *π. Locat.* Deinde ut præſtetur ei id quod intereſt poſſeſſionem turbatam non eſſe, caveaturque de impoſterum non amplius turbando *l.* 1. §. 1. *& ſeqq. l.* 3. §. *ult. ff. h. t. l. un. C. eod. l.* 7. *π.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
444 H 17

ſi ſerv. vind. Gail. 1. *obſ.* 116. *n.* 4. Præterea conductor hodie ordinario judicio petere poteſt mandata manutenentiæ, vel de non amplius turbando, quia hæc hodie loco hujus Interdicti peti ſolent Stryck. in annot. ad comp. *Lauterb. h. t. Voet. ad Pandect. eod. tit. in fine.*

§. 27.

Ex ſupra dictis nunc facile conſtat deciſio quæſtionis hiſce temporibus ſatis agitatæ & vexatæ, nempe quod vulgo quæritur, ob kauff gehe Vor Miethe/oder Miethe gehe Vor kauff & poſteriorem hanc ſententiam amplectentes, priorem tanquam rationi & juri contrariam rejicimus. Nam quod prius & voluntatis (ut hic locatio) id poſtea eſt neceſſitatis; quare nemo altera parte invita a contractu ſemel perfecto recedere poteſt, *l.* 5 *C. d. O. & A.* Et nemo poteſt conſilium ſuum mutare in alterius injuriam *l.* 75. *π. d. R. J.* Nec alteri per alterum iniqua debet inferri conditio, *l.* 74. *π. eod.* quod ſane hic fieret ſi ſuperviens contractus emptionis conductionem infringeret. Hinc Abrah. à Weeſel ad Novell. conſtit. *Ultraj. art.* 19. *n.* 10. æquitatem noſtræ ſententiæ quoque oſtenſurus. Ecce, inquit, infelicitatem conductoris: in ædibus conductis officinam forte inſtruxit, ad hanc emptores illectavit, eos ita aſſuefecit, ut ire & redire ſoleant, id unicum ejus eſt aucupium, in eo tota ejus conſiſtit ſalus; Alter ejuſdem commercii fortunis hujus invidens eum quæſtum intercipere ſtudens, Dominum ut ædes ſibi vendat convenit actionem conducti, quam hic a conductore timet, in ſe ſuſcipere offert, immodico oblato prætio tandem Dominum ſua voluntate ad vendendum cogit; Emptor mox conductori migrandi neceſſitatem denuntiat, ut ipſe eas inhabitet, decedere juſſus injuriam cum Domino judicio expoſtulat, atque ex conducto agit, judex id quod intereſt, quoniam plerumque difficilis probationis, ad exiguam ſummam deducit, cum conductore

ctore actum atque conclamatum eſt. Porro hæc ſententia probatur ex eo, quod nemo plus juris in alium transferre poſſit, quam quod ipſe habeat *l.* 54. *π. d. R. J.* Hinc Ulpianus *in l.* 20. *ϖ. d. A. R. D.* Traditio inquit: nihil amplius tranferre debet vel poteſt ad eum, qui accipit, quam eſt apud eum qui tradit, Si igitur quis Dominium in fundo habuit, id tradendo transfert, ſi non habuit, ad eum qui accipit nihil transfert: adeoque nec transferet Dominium liberum & plenum, ſi hoc tradens (ut noſtro caſu) caruit. Unde ſequitur, quod locator ſi Dominus fuerit, vendendo & tradendo potuerit quidem Dominium in Emptorem transferre, non tamen poſſeſſionem & uſum cum ipſe non habuerit, deinde hinc ſequitur quod Emptor conductorem a poſſeſſione non poſſit expellere, quia nec ipſe venditor hoc potuerit facere, *vid.* §. *pr.* Imo abſurdum eſt, quod quis melioris conditionis eſſe debeat quam author ejus a quo jus in eum tranſit *l.* 160. § *f. ϖ. d. R. J.* Hinc emptoris plerumque eadem debet eſſe cauſa, circa petendum & defendendum quæ fuit Authoris *l.* 156. §. 3. *π. d. R. J. l.* 165. *π. eod.* Huic autem ſententiæ opponitur *l.* 32. *π. Locat. J. l.* 9. *C. eod. l. ult. π. de Jure Fiſci l.* 18. *pr. π. d. vi & vi arm.* & reſponderi poteſt quod exceptio ſit, quando Locatio per traditionem nondum ſit conſummata, & deinde ſi fundus ſit locatus, cujus differentiæ rationem vide omnino apud conſentientem Excellent. & ſupra ſæpius Laudatum & ſemper Laudandum A. A. Pagenſtecherum *lib.* 4. *Aph.* 115. *vid. Wiſſenb. de curat. bon. dand.* §. 14. Gœdelin. *l.* 3. *d. Jur. Nov. c.* 7. *vſ. ſciendum. Ant. Matthæi de Auction. l.* 1. *c.* 7. §. 20. *Diſſent. Carpz. p.* 2. *conſtit.* 37. *def.* 4. *Schutz. ad pandect. tit. Locati & Berg.* ibidem in Reſol. *Q.* 6. *& J. N. Hert. Tom.* 3. *Param.* 46.

Ex

§. 28.

Ex ſuperioribus patet adhuc alia ſpecies horum qui non poſſidendo poſſident, nempe qui dolo deſierunt poſſidere, hi enim non poſſident naturaliter, id eſt vere & tamen posſident civiliter ideſt ficte. Qua de re brevitatis amore benevolum Lectorem remitto ad commentarios Doctorum, qui ſcripſerunt tum ad *l.* 131. *ϖ. d. R. J.* tum ad *tit. ϖ. d. Alien, jud. mut.* cauſa facta. Ubi vide Cl. & Excell. Pagenſt. *m.* 4. *ſcil. ad illum tit.*

§. 29.

Hæc jam & ſcripſeram, & typographo commiſerim & ecce, incido in diſputationem quandam Nicolai Storchii Caſſellani inauguralem, cujus theſin tertiam, cum apprime ad diſputationis meæ inauguralis rhombum faciat, hic apponam, quod Lectori pergratum fore, omnino confido. Ita autem ille. Uſufructuarius (ait pag. 18. & ſeqq.) Conductor, Commodatarius, ut & Creditor ex primodecreto miſſus, vere posſident, ideoque etiam illis remedia poſſeſſoria competunt. Veritas autem hujus concluſionis evincitur ex definitione poſſesſionis, quæ ſecundum communis juriſconſultorum ſententiam eſt *detentio rei alicujus cum animo eam ſibi habendi arg. l.* 1. §. 3. 9. 20. *l.* 3. §. 3. *l.* 41. *&* 46. *ff. de acquir. poſſeſſ. l.* 67. *vr. ff. de furtis l.* 41. *ϖ. d. reb. cred. l.* 2. *C. de preſcript,* 30. *annor. Struv. Syntagm. Jur. Civ. Exerc.* 42. *th.* 3. Quamvis autem uſufructuarius & reliqui in concluſione noſtra nominati, eo animo & affectu, ut rem ſibi abſolute & ut propriam habeant, non detineant, ſed potius reſpectu proprietatis, nomine Domini in poſſeſſione ſint, ejuſque poſsesſioni miniſterium præbeant, ideoque hoc intuitu non magis posſideant, quam ſervus, filiusfamilias, procurator, tutor, curator, depoſitarius, ac proinde cum his pasſim in jure posſidere negentur.

§. 5.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
444 H 17

§. 5. ⁊ per quas perſ. cuique acquir. l. 10. *§. ult. π. de acquir. rer. dom. l.* 6. *§.* 2. *ff. de precar. l.* 9. *π. d. rei vind. l.* 8. *ff. commod. l.* 1. *§.* 10 *ff. de vi & vi arm. l.* 3. *§.* 8. *ff. uti poſſid. ⁊. l.* 18. *pr, l.* 3. *§. ult. l.* 10. *§.* 1. *l.* 21. *§. ult. l.* 30. *§.* 5. *&* 6. *l.* 36. *l.* 37. *ff. de acquir. poſeſ. l.* 1. *§.* 8. *&* 9. *ff. Quod Legat.*

Non tamen alieno nomine tantum in poſſeſſione ſunt, uti modo nominati detentores, ſed ſimul eandem rem ſuæ utilitatis & intereſſe gratia (nempe uſufructuarius, conductor, commodatarius, uſus, creditor autem immiſſus ſecuritatis ſuæ cauſa) adeoque hoc reſpectu etiam ſibi detinent, ac proinde vere ac juſte poſſident arg. *l.* 13. *§.* 1 *ff. de publ. in rem act. l.* 22. *§.* 1*t ff. de noxa.. act.*

Ut ut enim duo vel plures eandem rem in ſolidum eodem tempore vere & corporaliter poſſidere non poſſint *l.* 3. *§.* 5. *ff. de acq. poſſ.* Nihil tamen obſtat, quo minus diverſo affectu & modo eandem rem in ſolidum detineant, ita ut unus & idem ſuo nomine ratione uſus aut alterius commoditatis, quæ ſalva proprietate ex re percipi poteſt, rem aliquam corporaliter & naturaliter detineat, ratione proprietatis autem Domino miniſterium corpore ſuo præbeat, & dominus quoad proprietatem mediante alterius actuali & corporali detentione animo ſuo (adeoque ficte & civiliter) eandem rem poſſideat. Quod etiam in creditore pignoratitio & eo, qui precario rogavit poſseſſionem, diſerte ſcriptum eſt *l.* 1. *§.* 15. *l.* 36. *l.* 37. *ff. acq. poſ. l.* 15. *§.* 4. *ff. de prec. l.* 16. *ff. d. uſucap.* eoque pertinet, quod dicitur *in l.* 20. *C. de acquir. & retinen. poſſeſſ.* Scilicet *poſeſſionis duplicem eſſe rationem, aliam quæ jure conſiſtit, aliam quæ corpore.* Cum itaque uſufructuarius & creditor ex primo decreto in poſſeſſionem miſsus, ſi non majorem quam creditor pignoratitius aut qui precario rogavit, certe ſimilem affectum rem ſibi habendi (in quo indoles poſseſſionis naturalis

conſiſtit l. 13. §. 1. ff. de publ. in rem act. l. 22. §. 1. ff. de nox. act.) habeant, conſequens eſt, ut illi non minus quam hi. ut ut tantum naturaliter, vere tamen poſſideant; adeoque remedia poſseſſoria ratione iſtius naturalis poſſesſionis illis competant.

Quod quidem quoad uſufructuarium extra dubium eſt. ſiquidem ille naturaliter poſſidere dicitur *l. 12. pr. & l. 49. pr. π. d. acq. poſſ.* (& quidem reſpectu ipſius rei in uſumfructum conceſsæ non juris, quippe cujus nulla proprie dicta poſseſſio eſt *l. 43. §. 1. ff. de acq. rer. dom. l. 3. pr. ff. de acq. poſſ.*) ideoque ipſi pro tuenda poſſeſſione interdictum *uti poſſidetis l. ult. ff. uti poſſid.* & eidem expulſo interdictum *unde vi* competit *l. 3. §. 13. ff. d. vi & vi arm*: In conductore autem & commodatario, ut & creditore ex primo decreto immiſſo major eſt dubitatio; Nihilominus tamen, cum & illis remedia poſſeſſoria deneganda. Et quidem in ſpecie interdictum uti poſſidetis, quippe quod pro omnibus poſſesſionibus (qualis poſſesſio & his aſſeritur *in l. 3. §. ult. cum l. ſeq. ff. ad exhibend. l. 7. §. 11. ff. comm. divid. l. 2. §. 1. ff. d. act. Empt. l. 1. §. 2. 7. & 8. ff. Quod Legat. l. 2. §. 1. pro hered.*) ejuſmodi detentoribus competit *l. 1. §. 8. π. uti poſſid.* item conceſſum eſt ipſis poſſeſſionem ſuam propria authoritate defendere contra invadentem, modo ex juſta & probabili cauſa id fiat *l. 12. & l. 18. ff. de vi & vi arm. l. 20. de acq. poſſ.* Qui manifeſtus effectus eſt poſſesſionis a jure alicui competentis Struv. *d. Exerc. 42. th. 23.* Imo iiſdem intuitu poſſesſionis ſuæ naturalis per injuriam (forſan, quia tempus intra quod uſus conceſſus, nondum eſt finitum aut expenſæ in rem ſunt factæ) expulſis interdictum *unde vi* conceditur *l. 12. & 18. ff. de vi & vi arm.* non tantum ſi ex intervallo, ſed etiam ſi in continenti invaſorem dejecerint, ſi quidem contingere poteſt, ut juſtam & probabilem cauſam habeat conductor vel commodatarius denegandi reſtitutio-

nem

nem rei locatæ & commodatæ, quo caſu poſseſſionem Domino intervertiſse & ſibi arrogaſse videri non poteſt *l.* 20. *ff. d. A. v. A. P.* nihilominus tamen & hoc caſu ipſi dejecto interdictum contra invaſorem competit. *dat. l.* 12. *ff d. vi & vi arm. & l.* 18. *ff. eod.*

Secus autem eſt, ſi conductor & commodatarius, aut creditor ex primo decreto immiſsus intuitu Domini ejus poſseſſionis civilis contra voluntatem ejus dijiciatur, hoc enim caſu, quia dejectio illa maxime in præjudicium domini vergit, non conductori aut creditori, ſed domino interdictum competit *l.* 3. §. 8. *ff. uti poſſid. l.* 1. §. 10. *ff. de vi & vi arm.* Præterea, etſi ejuſmodi interdum directum non competat, ſaltem utile ex mente legis vel imploratio officii judicis ejuſmodi detentoribus ad exemplum uſumfructuarii accommodabitur, *L. Aquilius* 27. *ff. de donat. Menoch. de recuper. poſſ. remed. ult. num.* 21. ubi poſt multos ibi allegatos Doctores, hanc ſententiam communem eſse teſtatur: vel Succurrendum illis eſt pingui iſto remedio ex *Canon. Redintegranda cauſ.* 3. *qu.* 1. quod ex communi Dd. ſententia quibuſcunque detentoribus injuſte ejectus competit per ea quæ habet idem *Menoch. de recup. poſſ. remed.* 18. *num.* 17. 18. 19. 20.

§. 30.

Hæc itaque nobis de poſſeſſione non poſſidentium ſufficiant, ſingula enim & omnia, quæ huc adduci poſſent, proferre nec inſtituti mei, nec temporis nunc fert ratio. Et omnium habere memoriam & in nullo peccaſſe divinitatis magis quam mortalitatis eſt. *l.* 2. §. 14. *C. d. V. I. E.* Accipe igitur hæc Benevole Lector eo quo par eſt æquo & grato animo, atque iis feliciter, utiliter utere, fruere: vale.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
444 H 17

COROLLARIA.

1. M*Inor curatorem habens ſine ejus conſenſu non obligatur. vid. Feltman.* Spicileg. ad pr. j. de auct. tut.

2. *Remedium* l. 2. c. d *Reſcind. vendit. non habet locum in tranſactionibus vide Bockelm.* ff de tranſact. n. ult.

3. *Diviſio familiæ id eſt hereditatis neceſſario non debet fieri per fratrem natu majorem, conceſſa optione fratri minori vide Vinn.* 1. ſel. quæſt. 35.

4. *Inſinuationes donationum etiam fieri poſſunt coram judice incompetente. vid. Gail.* 2. obſ: 39. n. 28.

5. *Ex turpi cauſa promiſſum ipſo jure nullum eſt, vid. Donell.* ad l. 26. ff. de V. O.

6. *Si quis judici dederit, ut in bona cauſa ſecundum ſe judicet, repetere nequit Zoeſ.* ff de cond. ob turpem cauſ. n. 3.

7. *Quærelam inofficioſi teſtamenti Parentibus & liberis non competere, noviſſime ſolida ratiocinatione legibus ſuffulta videtur. Egregie ac ſtruxiſſe Conſultiſſ: & Celeberr: Dn. Montanus IC. & Anteceſſor Clariſſimus Profeſſor olim meus ætatem colendus ad Inſtitutiones* diſquiſitione 18 pag: 278. & ſeq.

8 *Procuratorem cum libera plus poteſtatis habere quam procuratorem ſimpliciter datum, ſtatuo poſt Struvium* ff. de procurat. *Diſſentiente licet ibidem Lauterbachio.*

9 *Parentes non tantum mente captis, ſed & aliis ſimili vitio laborantibus & ob id teſtamenti factio-*

nem

nem activam non habentibus liberis, exemplariter ſive Iuſtinianice ſubſtituere poſſe, ſtatuo cum præfato Nobiliſſimo D. Montano diſquiſitione 17 p 267.

20 *Novell:* 22. *c.* 47. *non agit de teſtamento inofficioſo vide Conſultiſſimum & Excellent. Dn. A. A. Pagenſtech:* in Irner. vapulante coit. 43.

11 *Dotis Dominium etiam matrimonio ſtante, rei veritate inſpecta regulariter penes uxorem eſſe, & non penes maritum, cenſeo, per ea, quæ latius tradunt Celeberrimi Doctores mei, intelligo* Præ*ſtantiſſimos Duumviros, Dn. A. A* Pa*genſtecherum, & Dn. Montanum, in Elaboratiſſimis horum ad titulum Inſtitutionum* Quibus alienare licet vel non *lucubrationibus.*

12 *Frater jus habet querela teſtamenti inofficioſi agendi, & teſtamentum fraternum evertendi, ſi in teſtamento ipſi præpoſita ſit perſona infamis aut turpis aut levis notæ macula laborans. Quam theſin amplio, etſi frater ita poſtpoſitus commiſerit unam ex illis tribus cauſis, quæ continentur vulgatis hiſce verſiculis:*

Pellitur a fratre frater cauſis tribus: ut ſi
Arguit hunc ſceleris, vel ei vult tollere vitam
Vel ſi jacturam rerum ſibi moverit unquam.

Hos ego verſiculos reſpectu quærelæ teſtamenti inofficioſi falsiſſimos eſſe contendo.

POſſidere poſſidendo, LINE, non eſt arduum.
Sed quid hoc? non poſſidentes poſſidentes aſſeris!
Rara res! Sed mitte raras, culte LINE, inanias:
Quin laborum poſſide ſis poſſidendo præmia.
Alma ſic Groninga poſcit, id Lyceum diſcupit,
Priva virtus id meretur, Brema tendit dexteram,
Ecce honores, ecce amores, en corollas. Poſſide.

Præſtantiſſimo multarum virtutum & ſingularis eruditionis non naturali minus, quam civiliſſimo poſſeſſori, Dn. ALBERTO de LINE *Bremenſi, diſputationis de poſſeſſione non poſſidentium Auctori & Propugnatori ſtrenuo, Auditori hactenus ſuo & amico exoptatiſſimo, gratulatur*

A. A. PAGENSTECHER. JC.

Ad Nobilisſimum & Clariſſimum
Dn. *ALBERTUM à LINE*
quum Groningæ ſub Auſpiciis Excellentiſſimi atque Celeberrimi Dn. WESSELI BERTLINGII in ordinem Doctorum utriusque juris allegebatur.

QUamvis ipſa ſuo virtus fundatur honore,
Ut nauci faciat ſtupidi præconia vulgi,

Plebis

Plebis & incertæ palpum mens conſcia recti
Deſpiciat merito: tamen haud invita fidelem
Gloria ſe ſociam pulchris conatibus infert.
Nam quotus eſt hominum, pleno qui pectore verſet,
Quale ſit in virtute decus, ſi præmia deſint
Digna labore indefeſſo? Quis munere fretus
Nullo ſuſtineat Muſarum adſcendere culmen
Præruptum? Hinc fit ut ad laudē concordibus omnes
Affectemus iter votis Non degener ardor
Eſt, graſſari quo favor & quo gloria ducit.
Contra, quicquid ineſt generoſi ſanguinis, auffert
Virtutemque fugat, juvenum qui pectora fraudat
Virtutis ſtimulo, meritæ dulcedine laudis.
Hoc quum viderunt, antiquus quos tulit orbis,
Patres ſacrarunt ritum, quem poſtera ſancte
Gens ſervat, magnas in ſpes ut nata juventus
Atque edocta bonas divinæ Palladis artes
Speratam laudis capiatque feratque coronam:
Sive iubet limen Domino penetrare ſacratum;
Seu quis opus juris legumque evincere molem
Aggreditur; ſive exercere Machaonis artes
Nititur. Hæc eſt conditio, qua Diva Themiſta,
O felix animi juvenis, quem plurima clarat
Nobilitas generis, fortunaque dives avorum,
Qua te Juridicis Doctoribus addere geſtit.
Conſilio ut poſſis & mentis luce juvare
Præclaram Patriam; cives ornare; metumque
Demere queis eſt cura boni; conferre ſalutem
Infirmo populo; quos ſors oppreſſit iniqua

Tuta-

Tutari; nodos conſultantique clienti
Solvere Iuris. Ad has partes ſudore repertus
Convocat altus honos, & qui Tibi contulit illum,
Interpres juſti ac æqui Bertlingius, *orbi*
Conſpicuus docto famâ calamoque perito.
Auſpice tanto, agedum juvenum Clariſſime, LINE,
Accipe te dignam laurum, ſolare laboris
Aſſidui ſtudiique moras, & gaude ſuperbo
Doctoris titulo, propria clareſcere laude
Qui magis exoptas, quam luce domus trabeatæ.
Ito igitur felix, patriam lætus pede fauſto
Reppete, quo cognatorum te vota repoſcunt,
Viſe, ALBERTE, Lares patrios ardore flagranti
Te complexuros reducem. Ni fallit Apollo
Auguriis vanis mentem, Te dotibus auctum
Tantis Brema brevi Procerum conſeſſibus addet,
Diceriſque ſacri pars haud temnenda Senatus.

J. WALMAN. U. J. D.
& ærarii Omlandici Quæſtor.

Glucht-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
444 H 17

Glückwündſchende bezeugung
welche alſo
Den Hoch-Edlen und Hochgelahrten Herren

ALBERTUS von LINE

bey herauſzgegebener weihungs ſchrift
von den beſitz der nicht beſitzenden.
auf der welt-beruffenen Hohen Schule zu Groningen der
höchſte Ehren nahme eines lehrers beyder
Rechten feyerligſt beygeleget worden/
zum beweiſz ſeiner hertzlichen und ſonderbahren frewde / mit
einer dem gantzen Liniſchen hauſen danckt-verpflich-
teter feder / eiligſt entworfen und zuge-
fertiget hatt /

JOHANN GEORG VOSDING
Prediger zu Lengerich in der Graffſchaft Techlenburg.

DEr Jahre ſind ſchon ſetz bey viermahl ſechs verfloſzen /
  Alſz Ich zu Bremen von den Eltern abſcheid nam /
Da von Er lieber Herr von Linen iſt entſproſzen /
  O Linen wehrter nahm, mir wehrtes haus und ſtam!
Haus drin Ich Jahren lang zu Tiſch und Bett gegangen:
  Stam den die gantze Stadt in ſondern ehren hält:
Davon Ich derer zeit viel gunſt und guts empfangen /
  Wie mir dies nimmer nicht auſz den gedächtniſz fält:
Beſonders denck ich oft noch an das ernſte weſen,
  Der Reinen Gottes furcht die ſein Herr Vatter trib /
Darin Er uns ging fur mit bethen und mit leſen /
  Und ſo der Predger ſelbſt in ſeinen hauſe blib.
Auch ſtehn mir noch bevor die freundlich-fromme minen /
  Die man ſo ungemein bey der Fraw Mutter fand /
Die ſeind es die mir noch zu einen vorbildt dienen /
  Das demuth kan beſtehn mit reichthumb, ehr und ſtand.
Doch beyde ſeind ſchön längſt Ihm und der welt entnommen:
  Auch von den Brüdern die Ich damahls lies geſund /

 Iſt

Iſt Brůder Arnold ach! bald klåglich umbgekommen:
  Iohan und Daniel ſind / hoff Ich / dieſe ſtund
In guten wolſtandt noch / daß hoff Ich auch im gleichen
  Von Schweſter Annen nur / was hőr Ich / leyder! hat
Der todt Lucien auch unlångſt gemacht zur leichen /
  An ſo entfernten ort / nach Gottes heilgen Raht:
Dies hab ich erſt erlernt aus ſeinen vorigen ſchreiben /
  Das er von Groningen mir jungſthin zu geſchickt /
Nachdem ſo lange nichts gehőrt von ſeinen bleiben /
  Seit fur funff Jahren Er hieſelbſt mich hat begluckt
Mit ſeiner gegenwart / als Ich Ihm ja nicht kante /
  Da Er nach Lengrich kam und nach den Ham zu ging:
Ich danckt Ihm fur die ſchrift die Er mir newlich ſante /
  Als Ich von ſeiner hand den lieben brief empfing;
Die ſchrift vom zins-recht die noch jungſt herauſzgegeben
  Der Welt belobte man, ſein und mein groſſer freund
Herr Pagenſtecher / o das theure haupt muß leben /
  Das alſo ſtatlich ſchreibt und die geſetz umzeumt!
Das ſein Albertus nahm drauff ſteht / gibt zu verſtehen /
  Das Er ſie hatt beſchutz: wer ſo mit lob und preiß
Der gleichen proben thut / der låſt da durch einſt ſehen /
  Wie gründlich Er ſtudirt: ſo kennt man ſeinen fleiß!
Jetz ſchreibt Er das Er ſich will Doctor laßen machen /
  Und daß die weihungs-ſchrift werd handlen VOM BESITZ
DER NICHT BESITZENDEN: dis ſind faſt frembde ſachen /
  Und was dies ſagen wil erreichet kaum mein witz.
Wi oder will Er wo / des Paulus wort erklåhren?
  UND DIE DA KAUFFEN ALS BESESSEN SIE ES NICHT.
O das wir dergeſtalt auch hier beſitzer wehren /
  Ja auf das Irdiſche ſo narriſch nicht verpickt!
O daß wir dieſes was wir kauffen und beſitzen
  Als nicht beſitzende beſeſſen! dieſes kőnt
Uns zur Gottſåligkeit gantz unvergleichlich nutzen /
  Uns / denen Gott doch hie ſo kurtzes leben gőnt.
Zwarn auf die Juden ſehn dort eigentlich die worte,
  DIE ZEIT IST, ſpricht Er / KURTZ; und ferner / ES VERGEHT
DAS WESEN DIESER WELT, die ſo hångt an dem orte
  Des Irdiſchen Canaans und wo der tempel ſteht;
Die Jüdſche welt vergeht, der dienſt wird nicht mehr wehren:
  Ja auch das gantze Volckt, es wohne wo es wohnt /

Das

Das wird des Herren zorn auf trieben und verzehren /
So daß an keinen ort es werden wird verſchont.
Vnd drum wer waß gekauft der laß ſich nicht verfuhren /
Vnd bildt Ihm den beſitz nicht alzuſicher ein /
Es ſey auch was es ſey Er möcht es baldt verlieren /
Es dörft Ihn der beſitz wol gar zu mißlich ſein /
Dies will derſelbe text: und doch ſtehn auch nicht minder
In den gemeinen ſin die worte gleichfals feſt /
Als nicht beſitzende beſitzen Gottes Kinder
Was ſie beſitzen, grund / hauß / gut und all dem reſt
Gott kan doch / dencken Sie / wol newe Römers ſchicken /
Die ohn erbarmen uns auch nehmen hab und guth:
Auch kan durch fewr und ſonſt baldt was verungelucken /
Das wer da ſchatzreich war verarm biß auf das bluth,
Doch läſt dich nicht dein guth, ſo muſtu es verlaſſen,
Vnd dies kan plötzlich / eh du es vermeinſt / geſchehen:
Nackt komſtu in der welt / nackt muſtu auch die ſtraßen /
Die zu dem grabt dich führt und zum gerichte gehen.
Doch feder halt wohin? es ſind wol andre ſachen /
Worauf das wortt beſitz der nicht beſitzer zihlt;
Vnd da wird ſeine ſchrift den titul ſchon gut machen
Ich habe nur mein frewnd ſo was drauff angeſpilt.
Ich wil in frembde ſath nicht meine ſenſe ſetzen
Es wird doch ſeine Ernt hier reich genug ſchon ſein;
Ein jeder wundſcht das ſie nach wundſch Ihn mög ergätzen
In zeit und Ewigkeit! da ſtimbt mein wundſch mit ein.

Honori Nobiliſſimi & Præſtantiſſimi

Dn. ALBERTI de LINE

cum ex diſciplina Excellentiſſimi Famigeratiſſimi Viri Dn. ALEX. ARN. PAGENSTECHERI, ad U. J. Doctorum ordinem dimitteretur.

ET *tu* DOCTORIS NOSTRI, *mi* LINE, *propago*,
Jure tuo ſummum culmen honoris habes?

Gra-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
444 H 17

Gratulor ex animo: meritiſque in honoribus annos
Ut multos peragas, apprecor ex animo.

Commilitoni nuper ſuo honoratiſſimo hiſce paucis obſervantiam ſuam teſtari voluit

JOH. HENR. PAGENSTECHER Joh. Andr. Fil.
Warendorp. Weſtfalus LL. C.

AUf! Muſen-Sohne auf! und ſtimmet mit mir an
Laſt alles andre nun zur ſeiten diß mahl ſtehen
Bereitet euch nur baldt/ gluck-wunſchet jenen Man/
Es iſt der Herr von LJEN/ den ihr für euch thut ſehen
Recht mitten in den ſtuhl/ wo ſelbſt das Recht fundirt
Thut er ſich auch empor/ und zeiget wie man werde
Durch ſteten fleiß und müh zum Doctor promovirt;
Es wird ſich freuen ſehr die Phabaranſche Erde:
Laſt klingen Harffenſchal/ laſt hören geigenſtuck
Ja alles was nur kan ein ſüſſen thon uns geben
Nehmt zeitig in die hand/ und wunſcht Herr LJEN viel gluck
Ein lang-geruhiges/ ja ſelbſt erwehltes leben.

Mit dieſen geringen zeilen hatt den Herren Doctorando gluckwundſchend aufwarten wollen

HENRICUS GRAVIUS
LL. St. Saxo-Brem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
444 H 17

EEn *Krijgsheldt* die niet ſchrikt voor vyer'ge Donderklooten,
Verheugt ſich daar het Velt met Bloedt wort overgooten,
Daar 't Lemmer en 't Geſchut doet ſtaap'len Lyk op Lyk,
Daar ſoekt hy glorie in, daar doen ſijn daden blijk.

Na dat hy ſich dan als een *Mavors* heeft gedragen,
En heeft ſijn Vyand tot ſijn glorie afgeſlagen,
Soo loont men ſijne Daad, hy treed met Trappen op
En raakt in 't kort tot Staat, en 's Welluſts hoogſte top.

Heer LINE die met luſt, en onverzaagt de Boeken,
By dagen en by Nacht, ging iverig door zoeken,
Verdiend noch grooter Lof, en doet noch meerder nut;
Een nut dat dienen kan tot Weeuw' en Weezen ſtut.

Hy gaet met radde Tong, en vlugge Geeſt verklaren,
Het geen verhoolen leid, dat doet hy openbaren:
Hy vecht hier als een Held met 't Keyſerlijke Recht:
En ſijn Party hy net en aerdig wederlegt.

Vaar voort ſoo braven Heer, dees Daden ſal men loonen,
En u met geure Myrth' en Lauwerbladen Kroonen,
Dees Dag, dees blijde Dag, die brengt u tot een Staat,
Dewijl, Gy wort Verçiert met 't Doctors Eergewaadt.

V. U. E. D. D. J. L.

F I N I S.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
444 H 17

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
444 H 17

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
444 H 17